

Gummi Guttae, semi drachmam.
 Foliorum Soldanellae ficcatorum, } ana
 Seminum Ebuli, } drachmam
 Anisi, } unam.
 Fiat omnium pulvis.

Saccharum vermifugum.

R. Mercurii e Cinnabari redivivi, unciam unam.
 Sacchari albissimi, uncias duas.
 Tere simul in mortario marmoreo, donec Mercurius sit penitus extinctus.

CONFECTIOES.

Confectio de hyacintho.

R. Lapidum Hyacinthorum praeparatorum, unciam
 semissem.

Terrae Sigillatae

Oculorum Cancrorum praeparatorum, ana uncias tres.

Cinnamomi, unciam unam.

Foliorum dictamni cretici, } ana drachmas tres.
 Santali Citrini, }

Mirrhae Electae, drachmas duas.

Fiat omnium pulvis tenuissimus. Tum

R. Croci seorsim pulverati, unciam semis.
 Syrupi limonum, libras duas.

Nota Primo, Syrupum de limonibus frigidum esse debere, cum croco admiscetur, in vase faventino, cum pistillo ligneo. Secundo, reliquum pulverem deinde admiscendum esse. Tertio, ut debita Confectionis consistentia permaneat, pro unaquaque Confectionis libra, adjiciendam esse Mellis Narbonensis optimi, unciam unam.

Denique Folia Auri & Argenti, si lubet, Confectioni peractae commiscuntur.

Confectio alkermes.

Rx. Pulveris Granorum Kermes, vulgo *Pastel de Kermes* ou d'*Ecarlate*, unciam unam.

Santali Citrini, unciam unam & semis.

Ligni Aloes, semi unciam.

Rodii, drachmam unam & semis.

Rosarum rubrarum, drachmas sex.

Cinnamomi acuti, uncias tres.

Cassiae lignae, drachmas tres.

Coccinellae, drachmas duas.

Margaritarum Orientalium }
præparatarum, } ana unciam unam.

Coralli rubri præparati, }

Foliorum Auri, scrupulum unum.

Fiat secundum artem Pulvis tenuissimus. Tum

Rx. Syrupi Kermesini, uncias quatuor.

Calefiat Balneo Maris; & per setaceum trajiciatur. Inspissentur Balneo Maris ad Syrupi consistentiam, cui fere refrigerato adde Pulveris supra descripti, drachmas quatuor. Misce, fiat secundum artem Confectio.

ELECTUARIA.

ELECTVARIA ALTERANTIA.

Theriaca.

Rx. Trociscorum Scylliticorum, uncias sex.

E 2